



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

14. Quae partes judiciorum sint substantiales, quae accidentales?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Berlich. par. 1. concl. 40. n. 33+ & par. 2. concl. 24. Verum recte jam olim animadvertit *Bertrand. lib. 2. consil. 53. n. 10.* ex moribus hoc & statutis particularibus non jure communi descendere. Et hæc quoad divisiones judiciorum magis **Communes.**

14. Quantum ad partes Judiciorum at-
tinet, eæ sunt tum substantiales, tum acci-
dentales: priores sunt, quibus omissis pro-
cessus nullus dicitur; hæ sunt quæ & ab-
esse & adesse possunt. Sed quæ verè sub-
stantiales sint, mira interpretum concer-
tatio est. Nos in hunc numerum ante omnia
videmur conjicere posse, actionis editionem
& litis contestationem, neque enim ju-
diciū consistere, & comprehendi po-
test, nisi intendat actor, & contradicat
reus, ex utroque autem litis, contesta-
tio exurgit. *L. vn. C. de lit. contest.* nec an-
tea lis esse dicitur, nec judiciū inchoa-
tum, nec actor petere, sed tantum pete-
re velle. *L. amplius ff. rem ratam haberi L. apertissimi. C. de judicijs. L. 1. C. de plus petit. 2.* Juramentum calumniæ, adeò ad sub-
stantiam judicij pertinere videtur, ut si
ab al-

ac alterutro litigatorum exactum omis-
 sum fuerit, eius omiffio vitiet processum
 & sententiam latam nullam reddat. *L. 2*
§. sed quia veremur C. h. t. Quamvis Bald
 Sichard. & alij: in hoc per omnia non
 conveniant, dum alij parte solùm, peten-
 te id necessarium existimant; alij vero
 apud *Donel: cum: 3.* etiam litigatore ta-
 cente. Sed illorum sententia nobis, quip-
 pe juribus vel maximè conformis, meri-
 tò probatur. 3. ad substantiam judicij per-
 tinet, ut Judex causa cognita, & litigato-
 ribus, allegationibus renunciatis,
 sententiam ferat *L. iudices 9. C. d. jud: L. ex*
stipulatione 7. C. de Sent. & interloc: novel: 115.
 hoc enim judex sine aditur, litem pronun-
 ciatione sua decidat. Reliquæ judiciorum
 partes non tam ad substantiam pertinent,
 quam judiciis accedunt: & verisimile est,
 partes substantiales tam in summariis,
 quam ordinariis judiciis intervenire o-
 portere, ut passim DD.

15. Difficultate non caret id, quod
 complurium autoritate firmatur: om-
 nium actionum instituendarum princi-
 piam